Nobilissime domine mihi plurimis nominibus plurimum observande: audito reditu domini Beveren
Dordrachto in urbem, quem etiam inaudiveram allectum esse in numerum Illustriss. DD. Ord. Generalium, [illegible]
profectus sum hodie ad eius aedes ut salutarem: ex cuius sermone intellexi, ante annum abhinc integrum te
ab ipso Celsissimo Principe missum esse eum serio valde imo intentissime allocutum in meam gratiam (de quo officio
non possum non domino gratias agere) et exinde adiisse se ipsum Principem, qui benignissime idem confir-
mabit, sed ex illo tempore nihil audivisse ab ipso Principe aut ab amplitudine tua: Hoc tibi signi-
ficatum volui, quem dum hodie mane domum redirem a Domino Beveren non offenderam domi.
ut digneris priora plurima beneficia tua, hoc novo cumulare, si vel Celsissimum Principem memorem reddas
vel tu ab ipso Serenissimo Principe, Dominum Beveren alloquutus serio sicut solis ut diuturni voti
ipsius Principis tandem, eius beneficio, gratia et studio, compos evadam: qui satis scit et agnoscit
intellexisse se, ante annum integrum, Principem de tali negotio cogitasse, et dicebat, sicut adhuc benignissime
[illegible]em idem cogitare donec perficiatur: quod hoc si innotescat Domino Beveren in optimo spei vado consistent mea
vota, et propediem fore spero, ut te fortunarum mearum Maecenatem, patronum et fundatorem sub ipso
Celsissimo Principe in domino agnoscam. In quo felici omine finio et rogo te plurimum salvere, quod
[illegible] est deditissimus

Archibaldus Hamilton Cassellensis

'S RYKS ARCHIEF.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

126

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3218c

Nobiliſſimo Domino et dilectiſſ.
Domino Constantino Huygenio
Equiti clariſſ.
1644

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3218c